



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 3. Qualitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

## GERMANIA ANTIQVA.

terminum ab Oriente, id enim disertè adstruunt Plinius, Melæ, Ptolemæus: sed tamen non improbabiler dici potest, Germanos ulterius extensos esse, siquidem Æstij, atque Bastarnæ Germanicæ Gentes prædictum fluuium transcendunt, vt docebimus in Sarmatiâ.

Supponamus tamen in præsentia Vistulam eius ab Oriente finem: quare ex Ptolemæo apud quem maxima *longitudo* Germaniæ sunt confluentes Obrincus & Rhenus Fluuij, atque Vistulæ ostia, complectitur 6. Gradus maioris circuli, ac proinde tria Stadiorum millia. Latitudo autem ex Danubij fonte eleuationis polaris 30. apud eundem, ad partem maximè Borealem Cymbricæ latitudinis 39. igitur 4500. Stadiorum est.

### §. 3. *Qualitas.*

ASPERA, dicitur à Tacito, cælo & terris informis: itémque tristis cultu, & aspectu: præterea horrida & fœta paludibus. Melæ rumentem montibus proponit.

HVMIDA, impedita fluminibus Melæ.

FERAX sati, Tacito est, sed fructiferarum arborum impatiens. Item, pecora fecunda habet, sed improcera; denique, iumenta parua & deformia.

INOPS. Aurum & Argentum propitij, an irati Dij, Germaniæ denegarint dubitat Tacitus: postea tamen idem auctor comperit Curtium Rufum, hæc scrutatum esse in agro Mattiacorum.

### §. 4. *Lingua.*

Si credatur Philippo Cluuerio, homini in his rebus ad nau-seam vsque accurato cap. 5. & sequentibus lib. 1. de Germaniâ, olim Celtica lingua distributa fuit in quinque dialectos, Germanicam, seu Teutonicam, Gallicam, Britannicam, Hispanicam, & Illyricam, quod demonstrare nititur, ex veteribus harum Gentium vocabulis inter se concinentibus: id ego nec omnino probare possum, nec refutare licet. Certè rectè conficit Sarmatas aliquos, Germanicè locutos esse.